



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

CXI. Ludolf Verdemann, Propst zu Diesdorf, bekundet eine von dem
Seelamte des Klosters in der Saline zu Lüneburg gemachte Erwerbung, am
13. Januar 1406.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

CXI. Ludolf Verdemann, Propst zu Diesdorf, bekundet eine von dem Seelamte des Klosters in der Saline zu Lüneburg gemachte Erwerbung, am 13. Januar 1406.

Nos Ludolfus Verdemann, prepositus in Distorp, Verdenſis dioceſeos, tenore preſencium recognoſcimus, quod religioſe domine Bertha Stopes et Eliſabeth Backmaſte, ſanctimoniales predicti monaſterii et officiales officii animarum in predicto monaſterio, de noſtro conſilio, voluntate et conſenſu emerunt reditus dimidii chori ſalis in ſalina Lüneborg a Ludolfo de Haghene, ciue Lüneburgenſi, et ab heredibus ipſius ad officium animarum ſupra dictarum, iuxta continentiam literarum preſati Ludolfi ſub teſtimonio dominorum conſulum deſuper conſectarum etc. Acta ſunt hec in Lüneborg preſentibus et cooperantibus venerabilibus viris Domino Ludolfo abbate et Ludolfo priore in veteri Vleſſen et Johanne in Lüne et Johanne in Medinghe, prepoſiti dicte Verdenſis dioceſeos, ſub anno domini MCDVI., in octaua Epiphanie domini noſtri Saluatoris.

Geſen's Fragm. I, 97.

CXII. Das Kloſter zu Wynthuſen nimmt das Kloſter Diesdorf in ſeine geiſtige Gemeinſchaft auf, am 3. Februar 1422.

Nos Katherina abbatiffa immerita totuſque Conuentus Coenobii Illibate virginis Marie diuine alexandri Martiris in wynhuſenn, ordinis Ciſterciensſis Hildeneſenſis dioceliſ, Venerabilibus Religioſis deoque dicatis virginibus, Domine Cecilie prioriffe predigne totique Collegio Coenobii Diſtorppe quicquid dulcius ex mellifuis Jeſu Criſti vulneribus ubertim ſupereffluentibus hauriri poterit, ſalubriter ſentire. Poſtulante ſingularis fauoris precipueque deuotionis affectu, quem ad noſtrum Coenobium nuper concepiffis, ne decreſci, ſed indies Dei et gloriam per ſacri pneumatis munimen cumulari mereatur, et ut fidele obſequium pro Clenodiis noſtre domus conſeruandis tempore Guerrarum noſtre regioni ſere incumbentium, cum neceſſitudo urgebat, abſque contradictionis ſaſtidio nobis tam libenti quam prompto animo impenſum ſpirituale priuetur gratia, cum copia etiam in minimis apud dominum merces conſiſtit; Ad recompensationis viciffitudinem petitionisque veſtre Inſtantiam pie caritatibus veſtris, una cum Venerabili domino prepoſito Conrado de Marnholte iam in criſto deſuncto elargimur auctoritate noſtra propter deum perpetuam plenariamque tam in vita quam in Morte fraternitatis conſoederationem, Nec non ſpirituale participium omnium et ſingularum caritatum actionum in diuinis cultibus, orationibus, vigiliis, abſtinentiis, ceterisque ſalubribus exercitiis ac piis laboribus per nos et poſteros noſtros die noctuque perpetuo ſacri flaminis opitulamine ſuffragante agendarum. Completo ſiquidem preſentis vite termino, cum quarumcunque veſtrarum obitus apud altiffimum ſemper felix nobis intimatus nobis fuerit, conſeſtim ſecundum noſtri ordinis ritum veſtrarum animarum abſolutionem et recommendationem in Capitulo noſtro ceteraque fraternitatis iura in Vigiliis, Miſſis ac aliorum ſuffragiorum ſubſidiis pro noſtris conforibus conſueta pro animarum veſtrarum remediis inuolabiler obſeruanda fideliter